

techarii sic electi balotentur singuli unus contra alium in dicto maiori consilio ad piscides cum balotis, et ultimus qui optinebit per maiorem partem dicti consilii scit firmus fontecharius per quatuor menses sequentes. ¶ Et nullus qui esset daciarius becharie tabernarie vel salis possit esse fontecharius 5 comunis, et si infra unum annum reperiretur dictum daciarium fuisse fontecharium, cadat ad penam quinquaginta libr. par. sine remissione. ¶ Et cum fuerint electi dicti duo notarii balotentur in dicto consilio unus contra alium, et ille qui obtinebit per maiorem partem dicti maioris consilii scit 10 firmus notarius fontecharii per quatuor menses sequentes. ¶ Et habeat dictus fontecharius pro suo salario quatuor mensium libr. par. viginti pro salario, et notarius pro suo salario quatuor mensium sold. decem. ¶ Et quilibet habens furnos possit esse fontecharius et notarius fontacharii, [et] similiter 15 eorum filii, et si reperiretur aliquam panic[o]culam vel hospitem facere panem ad aliquem furnum ipsorum, tunc tam patronus furni quam furnaria cadat ad penam decem libr. par. pro quolibet ipsorum et vice qualibet contrafacta. ¶ Et vacare debeant a dicto offitio fontecharie per duos annos ab exitu 20 eorum offitii in antea computandos. ¶ Qui notarius fontachi, quocienscunque dabitur frumentum panicocullis vel hospitibus ¹⁾ per fontecharium comunis, scribere debeat in quaterno fontachi dictum frumentum quantitatem et precium, et incontinenti dicto frumento dato venire et denunciare domino potestati vel eius vicario, et scribere in alio libro domini potestatis, quem habere debeat ipse dominus potestas, consonante cum quaterno dicti fontecharii, qui liber sive quaternus continue esse debeat penes dictum dominum potestatem. ¶ Et si reperiretur aliquam panicoculam recepisse plus frumentum quam 30 scriptum esset in dictis quaternis consonantibus vel colusionem fecisse in fraudem fontachi, tunc ille talis notarius cadat ad penam libr. quinquaginta par. et pannicocula ad penam libr. vigintiquinque par. et fraudata reforment. ¶ Et ipse notarius non debeat neque possit habere vel recipere premium vel so- 35

¹⁾ *vel hospitibus* aggiunta marginale.